

**I**ncipit summa de articulis fidei et ecclesie sacramentis. edita a fratre thoma de aquino ordinis fratrum predicatorum.

**R**ostulat a me vestra dilectio ut aliquid de articulis fidei et ecclesie sacramentis aliquibus compendiose per memoriali transcribere in eum dubitacionibus que circa hec morueri possunt. Verum cum omne theologorum studium versetur circa dubitaciones contingentes articulos fidei et ecclesie sacramenta. Si ad plenum vestre paternitati satisfacere vellet oporteret me totius theologie summatim comprehendere difficiles quoniam que sunt opposita ut credo aduertit vestra prudentia. Unde ad presens vobis sufficiat. si articulos fidei et ecclesie sacramenta breuiter vobis distinguam. et que errores sunt circa que emilibus eorum vitandi. **I**n primis igitur vobis scire oportet. quod tota fides christiana circa diuinitatem et humanitatem christi versatur. **I**n christo uoce hominis loquens. ait. Creditis in deum. et in me credite. **C**irca utrumque autem horum a quibusdam. vi. a quibusdam. vii. articuli distinguuntur. et hec omnes articuli secundum quosdam. xii. secundum quosdam. xiiii. esse dicuntur. **P**rimi igitur sex articulos hec distinguunt. circa fidem diuinitatis. **S**unt enim circa diuinitatem tria consideranda scilicet. unitas diuine essentie. trinitas personarum. et effectus diuine uirtutis. **P**rimus igitur articulus est ut credamus essentie diuine unitatem secundum illud deuteronomio. vi. Audi israel deus deus tuus unus est. **C**irca hunc articulum

